VERS. 4. — ET QUIDAM EX EIS CREDIDERUNT, ET DE COLENTIBUS, GENTILIBUSQUE MULTITUDO MAGNA. ITA SIXTINI BIBLIA ADJECIT AD ILLUD, GENTILIBUS, ENCLITICAM CONJUNCTIONEM, IDEM VALENTEM QUOD, ET GENTILIBUS, IN GRÆCIS TAMEN ETIAM REGIS non est illa conjunctio; Chrysostomus etiam non videtur legisse. Tamen in expositione ordinariè legitur, et hoc modo explicatur, velut ex Beda, ut apparet. Nam ejus nomen proximè præcedit. Et de colentibus, id est, de his qui gentilem ritum Judaismo mutaverant, et de his qui gentiles

VERS. 4. — Cum perambulasset, etc., cum transissent, cum iter habuissent per Amphipolim. Amphipolim. Civitas est Macedonia ad Strymonem fluvium. Ortelius in Thesuro Geographico ait nunc appellari Christopolim, vel Empoli. Apolloniam. Est urbs Thessalonice vicina. Thessaloniam, quo inter primas Macedoniae urbes numeratur, hinc dicta à victoria, quam de Thessalis ibidem obtinuit Philippus Macedo. Hodè vocatur Salonichi.

VERS. 5. — Adaperiens, explicans. Sic Daniel verbum aperienti usurpat pro expositione somnii.

Insimans, proponens. Hic est Jesus Christus. Messias in Scripturis celebratus.

VERS. 8. — Domus Jasonis, apud quem diversabantur Silas et Paulus.

Producere in populum, ut scilicet à populo per Judæos concitator, et furens lapidaretur, vel malè iudicaretur Paulus et Silas.

VERS. 6. — Cum non invenissent eum. Fortassè ali-

le trouver, comme avec la main et à tâtons, quoiqu'il ne soit pas loin de chacun de nous.

28. Car c'est en lui que nous avons la vie, le mouvement et l'être; et comme quelques-uns de vos poètes ont dit: Nous sommes la race de Dieu même. 29. Étant donc la race de Dieu, nous ne devons pas croire que la Divinité soit semblable à de l'or, à de l'argent, ou à de la pierre, dont l'art et l'industrie des hommes a fait des figures.

30. Mais Dieu, étant en colère contre ces temps d'ignorance, fait maintenant annoncer à tous les hommes, et en tous lieux, qu'ils fassent pénitence;

31. Parce qu'il a arrêté un jour auquel il doit juger le monde selon la justice, par celui qu'il a destiné à en être le juge, dont il a donné à tous les hommes une preuve certaine en le ressuscitant d'entre les morts.

32. Lorsqu'ils entendirent parler de la résurrection des morts, les uns s'en moquèrent; les autres dirent: Nous vous entendrions une autre fois sur ce point.

33. Ainsi Paul sortit de leur assemblée.

34. Quelques-uns néanmoins se joignirent à lui, et embrassèrent la foi; entre lesquels fut Denys, sérateur de l'aréopage, et une femme nommée Damaris, et d'autres avec eux.

#### COMMENTARIA.

permanens aut, multi ad Christum confluebant. Ita ibi.

VERS. 5. — ZELANTES ACTEM JUDEI, TERRÆ FACTI, CONCITAVERUNT CIVITATEM; ET ASSISTENTES DOMUI JASONIS, etc. Zelantes, id est, invidentes, seu indignantes. Chrysost.: O tyrannidem! Ab ædibus sine causâ illos extrahunt. Hi, inquit, contraria decreto Cæsaris faciunt, regem dicentes esse Jesum. Sed quid timetis? siquidem mortuus est Jesus. Hæc Chrysost. Vidè de hæc tamnâ etiam plenius cap. præced. v. 20.

VERS. 8. — ET PRINCIPES CIVITATIS AUDIENTES HÆC.

VERS. 9. — ET ACCEPTA SATISFACTIOE À JASONE, ET CÆTERIS, DIMISERUNT EOS. FRATRES VERÒ CONFESTIM PER NOCTEM DIMISERUNT PAULUM ET SILAM IN BEROEAM. Admirabilis (inquit Chrysost.) erat vir ille Jason, dimisit illos, et periculo se exposuit. Et rursum post multa: Vide quomodò satisfaciens Jason emisit Paulum, et ita animam suam pro Paulo exposuit. Hæc Chrysost. Et Anselmus in Interlin.: Acceptâ satisfactione

quantulum secesserant ut Judæorum furori locum darent.

Trahere Jasonem, ut fit in tumultu, in illum savientes quasi criminis participem.

Fratres, Christianos. Quoniam hi qui urbem concitant. Hi sunt qui perturbant civitatem. In Græco est, orbem.

Et hæc venerunt, et peregrini sunt, non cives.

VERS. 7. — Quos suscepit, etc.; et ideo participes malefici eorum.

Regem alium dicentes, etc.; scilicet non subiectum Cæsari, sed magis ejus Dominum: imperatores enim Romani bene permittebant alios reges esse; dum tamen eis essent subiecti, et redderent eis tributum.

(Lysanus.)

VERS. 8. — Concitaverunt, etc. Animos et populi et magistratum non parum commoverunt, metu ne quid in imperium Romanum committerent. (Synopsis.)

VERS. 10. — In Beroeam. Urbs est Macedonia non longè à Pellâ, Alexandri Magni patriâ.



à Jasone, et à cæteris, scilicet qui se defendebant et excusabant. Sic ille, ut parum verisimile sit (quod quidam volunt) satisfactionem pecuniariam hic significari.

VERS. 11. — HI AUTEM ERANT NOBILIORES EORUM, qui sunt Thessalonice, etc. Scilicet Bereenses erant nobiliores et præcipui Thessalonice regionis. Porrò, de eo quod hic in laudem eorum dicitur: QUOTIDIE SCRUTANTUR SCRIPTURAS, etc., ÆCUMENIUS: Hi non tanquam increduli indagabant sive scrutabantur Scripturas (jam enim crederant), sed tanquam expertes traditionis veterum prophetarum. Et propterea scilicet fide robustiores effecti sunt, cum scrutarentur Scripturas, ac invenirent veterum sermonibus consona esse opera dispensationis Domini in carne. Ita ÆCUMENIUS.

VERS. 14. — STATIMQUE TUNC PAULUM DIMISERUNT FRATRES. Chrysostomus: Quare Paulus cum suis non mansit? Quare non signa fecerunt? Si enim illic ubi lapidatus est, mansit multo tempore, quare non et hic? Sed Deus non semper voluit illos facere signa. Hæc Chrysostomus.

VERS. 16. — PAULUS AUTEM CUM ATHENSIS EOS EXPECTARET, INCITABATUR SPIRITUS EJUS, etc. Chrysost. : Merito, inquit, vix enim alibi tot videbantur idola. Disputabat igitur in synagoga cum Judæis, et colentibus, et in foro, per omnes dies. Vide, iterum disserit apud Judæos, obstruens ora eorum, et ne dicerent, quod reliquisset Judæos, propterea quod se convertisset ad gentes. Sic Chrysost.

VERS. 18. — QUIDAM AUTEM EPICUREI, ET STOICI PHILOSOPHI DISSEBANT CUM EO. De hoc Beda: Epicurei præceptoris sui traditionem secuti, felicitatem hominis in solâ voluptate corporis; stoici in solâ animi virtute cum suâ ætate, id est, impossibilitate, poseverant. Qui inter se dissidentes, Apostolum tamen una-

VERS. 19. — Et multi, scilicet Judæi. Et gentiliam mulierum, scilicet jam ante conversarum ad Judæismum. (Lyranus.)

VERS. 15. — Commoventes, concutientes, metaphora sumpta vel à procellis in mari, vel ab ædificiis quæ à vento concutuntur. (Synopsis.)

VERS. 14. — Ut iret usque ad mare. Græcè, quasi ad mare, noluerunt enim fratres, ut Paulus apertè fugeret, sed eorum impetum declinaret prætextu eundi ad mare. Re tamen verè suum iter prosecutus Athenas venit.

VERS. 15. — Qui deducebant Paulum, tum honoris, tum securitatis causâ.

VERS. 16. — Incitabatur spiritus ejus in ipso. Irritabat, commovebat, et zeli vehementiâ quodammodo excedecebat.

VERS. 17. — Colentibus, proselytis, ut supra, v. 4. Quid vult seminiverbis hic dicere. Epicurei vocant Paulum, verbosum, garrulum, qui nihil nisi verba effudit, ut agrytæ faciunt, et forenses tabulæ.

VERS. 19. — Ad Areopagum. Erat Areopagus Athenis consessus judicum maxime potestatis, et celebris integritatis, de quo vide Sigon., de Republ. Athen. forè initio.

POSTUMUS scire, etc., quasi dicant: Placetne tibi hæc nova dogmata nobis explicare?

nimiter impugnant, quia hominem docebat beatum fieri posse in animâ et in corpore, non in præsentî, nec ex se, sed ex gratiâ Dei per Jesum Christum in resurrectione. Hæc Beda. Quid vult SEMINIVERBIS hic DICERE? ALII VERÒ: NOVORUM DEMONIORUM VIDENTUR ANNUNTIATOR, etc. De NOVORUM DEMONIORUM ANNUNTIATIONE Tertull., lib. de Animâ, cap. 1, hoc modo: Siquidem aiunt demonium Socrati pueri adhasisse, pessimum reverè pædagogum, etsi post deos et cum diis dæmonia deputantur penes poetas et philosophos. Et nonnullis interjectis: Quantò igitur dignior constantiæ christiane atque sapientiæ assertio, cujus afflatu tota vis dæmonum cedit? Hæc Tertull. indicans quò spectaret convicium de novis dæmonis, illudque refellens. Sic et Chrysost. ad illa verba, quia Jesum et resurrectionem annuntiat eis: Etenim anastasini (Latine interpretatur resurrectio) Deam quandam esse putabant, quia et feminas deas colebant. Ita Chrysost.

VERS. 19. — ET APPREHENSUM EUM AD AREOPAGUM DUXERUNT. Beda: Areopagus est Athenarum curia, nomen trahens à Marte, qui Græcè areos dicitur. Ita Beda. Scilicet non longè erat à Martis templo.

VERS. 22. — STANS AUTEM PAULUS IN MEDIO AREOPAGI, ait: VIRI ATHENIENSES, etc. Cyrill., in Genes., l. 11: En Paulus, inquit, eos arguit capit, astuteque eos ad suam voluntatem perducit, et quem illi ignorando venerabantur, Christum ipse esse affirmat. Hæc Cyrill. Et Chrysost.: Athenienses, quia per multa tempora acceperant deos etiam extraneos, timentes ne forsitan et alius quispiam esset, quem ignorarent, ipsis quidem nondum cognitis, qui tamen alibi colatur, propter majorem igitur securitatem etiam illi altare erexerunt, et quoniam non erat manifestus Deus, inscriptum est: IGNOTO DEO. Hinc igitur Christum Jesum esse Paulus dicit: quasi dicat: Nihil extraneum, nihil novum affero. Ita Chrysost.

VERS. 20. — Quidnam velint hæc esse. Syrus, quid hæc sibi velint.

VERS. 21. — Ad nihil aliud, etc. Hyperbole, quâ Atheniensem summa curiositas describitur. Plutarchus etiam, lib. de Garrulitate, tradit Athenienses mirè fuisse novorum avidos.

VERS. 22. — Per omnia, in omnibus rebus, et pro omnibus Græcis.

Superstitiosiores vos video. Syrus: Video vos in omnibus, quod excellentes estis in timore dæmonum, id est, numinum. Vel, quod nimis estis in cultu dæmonum.

VERS. 25. — Videns, videns attentis, considerans. Ignato Deo. Videntur Athenienses à philisophis melius sentientes, aut Sibyllis aut Judæis intellexisse Deum verum invisibilem esse, absconditum, incomprehensibilem, ideòque illi aram statuisse hoc titulo: IGNOTO DEO.

Quod ergo ignorantes colitis, etc., quasi dicat: Non sum novorum demoniorum annuntiator, ut vos obicitis, sed Deum vestrum vobis annuntio, atque ex ignoto facio notum.

VERS. 24. — Deus qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, hic colit et terra cum sit Dominus, non in sumfactis templis habitat. Loco hoc abstantur adversarii Ecclesie, contra cultum quem Deo in templis exhibent Christiani. Quibus vicissim obijcienda sunt alia loca Scripturæ, quæ testantur Deum in templo habi-

VERS. 27. — SI FORTE ATTRACTENT EUM AUT INVENIANT. Posterius prioris est explicatio, id est, attractent et attingant mente, non manibus aut oculis. Hoc enim et sequentia docent.

VERS. 28. — IN IPSO ENIM VIVIMUS, ET MOVEMUR, ET SUMUS: SICUT ET QUIDAM VESTRORUM POETARUM DIXERUNT, etc. Chrysost.: Hoc dicit quasi corporali exemplo. Sicut impossibile est ignorare aerem non longè ab unoquoque nostrum existentem, imò etiam in nobis existentem, ita profectò et omnium opificem. Vide quomodò omnia illius dicit esse; providentiam illius esse dicit, ac conservationem esse ab illo; operandi quoque vim, actum habere, et non perire. Et non dixit, per illum, sed quod propius est, in illo. Nihil tale dixerat poeta ille Aratus dicens: Ejus enim et genus sumus. Sed ille quidem de Jove dixerat, hic verò de omnium opifice assumit. Hæc Chrysost. Prolixè de his August., epist. 57, ad Dardanum, et lib. 8 de Genes. ad lit., cap. 26. D. Thomas, 1 parte, q. 8, art. 5, paucis contraxit. Ergo, inquit, est in omnibus Deus per potentiam, in quantum omnia ejus potestati subduntur. Est per presentiam in omnibus, in quantum omnia nuda sunt et aperta oculis ejus. Est in omnibus per essentiam, in quantum adest omnibus, ut causa essendi. Ita D. Thomas. D. Augustini

tare, ut 2 Paralipom. 6, dicens Salomone: Ego edificavi domum nomini ejus, ut habitaret ibi in perpetuum. Math. 25: Qui habitet in templo, dicendum est et fatendum, Deum certo modo habitare in templis, alio verò modo non habitare: habitat in templis, quia ibi exauditi orationes, ibi propitius est, ibi vota et sacrificia suscipit, magis quàm alibi; quemadmodum satis apertè ostendit oratio Salomonis in templi dedicatione. Non habitat quomodò gentiles putabant Deos suos in templis habitare, tanquam iis indigentes, et ea requirentes, velut honorifica et augusta habitacula, sicut rex habitat in palatio. Hoc sensus Deus non habitat in templis manufactis. Si calum et cæli calorum non te capiunt; quanto minus domus ita quam edificavi? Unde ad obstruendum os adversariis, omnino urgendum quod sequitur, indignes aliquo. Habitat enim in templo Deus, habitat in celo, habitat in unoquoque justo, sed non ut indigens aliquo. (Estius.)

VERS. 29. — Nec manibus humanis colitur. Syrus: Neque ministratur ei à manibus filii hominum, ut regibus verbi gratiâ, aut heris ministratur à famulis eos vestiendo, lavando, cibum potumque porrigendo, etc. Vide August., lib. de Civit. Dei, cap. 10, multa obsequia ex Senecæ recensentem, que suis idolis exhibebant superstitiosi idololatæ.

Inspirationem, spiritum.

VERS. 26. — Ex uno, Adamo. In Græco est, ex uno sanguine.

Inhabitare, ut inhabitarent.

Sicututa tempora, certam periodum temporis, quo vivunt homines, et habitent super faciem terre.

VERS. 27. — Querere Deum. In hunc enim finem homines conditi sunt, ut Deum investigent, querant, cognoscant, ament, illique serviant.

VERS. 29. — Genus ergo cum simus Dei, etc. Argumentum Apostoli est injusmodi: Homo non est con-

inter alia verba sunt hæc: Hoc opus Dei est, quo continent omnia; quia ejus sapientia peringit à fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Per hæc dispositionem in illo vivimus, movemur et sumus. Quòd si hoc opus sum rebus subtraxerit, nec vivemus, nec movebimur, nec erimus. Hæc August.

VERS. 31. — Eò QUOD STATUIT MEM, IN QUO JUDICATUS EST ORDEM IN ÆQUITATE. Chrysost.: Vide, conculcit mentem illorum dicens: Statuit diem. Ac deinde opportunè adjicit hoc: In viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans cum à mortuis.

VERS. 34. — QUIDAM VERÒ VIRI ADHERENTES EI, CREDERENT; IN QUIBUS ET DIONYSIUS ÆREOPAGITA. De hoc Euseb., l. 5 Hist. eccles., c. 4, post enumeratos alios primos christiane fidei sectatores: Adde, inquit, his Æreopagitam illum Dionysium nomine, quem in Actis apostolorum post Pauli conionem in Æreopago apud Athenienses habitant, ad fidem conversum fuisse Lucas in Actis apostolorum scribit; quemque primum Ecclesie Atheniensis episcopum designatum, alius quidam Dionysius Ecclesie Corinthiorum pastor, scriptor sanè perantiquus narrat. Hæc Eusebius. Et mulier nomine DAMARIS. Hanc Ambros., epist. 46, putat fuisse uxorem Dionysii. Sed res non est certa.

flatus ex auro, argento, vel lapide, sed ex carne et animâ rationali, quæ longè superat omne aurum et argentum: atqui homo est genus, soboles et imago Dei; ergo Deus non est conflatus ex auro, etc., sed spiritus purus, increatus, omnipotens.

Cogitationis hominis. Quam sculpturam homo efficit juxta artem, et mentis suæ cogitationem et ideam.

Divinam, divinitatem.

VERS. 30. — Hujus ignorantie, id est, erroris colentium idola.

Despicens Deus, quasi dicit: Hæc enim Deus despicit, id est, negligit gentes idololatras, permittens eas idolis servire, quasi illas non curaret. Vel sensus est: Deus antegressus temporibus maximas ab hominibus ignorantibus injurias passus, nuac tamen quasi irridammodo contentemans præteritis injurias.

Ut omnes penitentiam agant, de suâ ignorantia, hoc est, idololatrâ aliisque peccatis.

VERS. 31. — Eò quod statuit diem, etc.: q. d.: Neque enim peccata impunè abire permittet, sed diligenter ejusque vitam examinat, et seclera severè vindicabit.

In æquitate, justè, reddens unicuique ut fuit meritis. In viro in quo statuit. Per eum viro judicium exercens, quem huic muneri proficuit, nimirum Jesum Christum.

Fidem præbens omnibus, etc.: q. d., fidem faciens, et publicè judicium eum fore declarans, per ejus resurrectionem ad vitam immortalè et gloriosam.

VERS. 32. — Quidam quidem irridebant. Quibus omnino impossibiles videbantur resurrectione.

Audientes de hoc terant. Quibus sermo aliquò de re quæ non arripedit infertur, ut honesto prætextu illum orationis abstant, in aliud tempus aditacionem rejiciunt.

VERS. 33. — EXIIT, dilatus in alium diem. (Grotius.)

## CAPUT XVIII.

1. Post hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum:
2. Et inveniens quendam Judæum nomine Aquilam, S. S. XXIII.

## CHAPITRE XVIII.

1. Après cela, Paul étant parti d'Athènes, vint à Corinthe,
2. Où ayant trouvé un Juif nommé Aquilas, originaire de (Quarante-trois.)



lam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, et Priscillam uxorem ejus (cô quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos à Româ), accessit ad eos.

3. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, et operabatur (erant autem scenofactorie artis).

4. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis et Græcis.

5. Cùm venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judæis esse Christum Jesum.

6. Contradictentibus autem eis, et blasphemantibus, excutens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad gentes vadam.

7. Et migrans inde, intravit in domum ejusdem nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagoga.

8. Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua; et multi Corinthiorum audientes credebant, et baptizabantur.

9. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, et ne taceas:

10. Propter quod ego sum tecum: et nemo apponetur tibi ut noccat te, quoniam populus est mihi multus in hæc civitate.

11. Sedit autem ibi annum et sex menses, docens apud eos verbum Dei.

12. Gallione autem præconsule Achaïæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, et adduxerunt eum ad tribunal.

13. Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.

14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, ô viri Judæi, recte vos sustinerem:

15. Si verò questiones sunt de verbo, et nominibus, et lege vestrà, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse.

16. Et minavit eos à tribunal.

17. Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagoga, percutiebant eum ante tribunal; et nihil eorum Gallioni cura erat.

18. Paulus verò cùm adhuc sustinisset dies multos, fratribus valesiacens, navigavit in Syriam (et cum eo Priscilla et Aquila), qui sibi totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum.

19. Devenitque Ephesum, et illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagoga, disputabat cum Judæis.

20. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non consentit:

21. Sed valesiacens et dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente, profectus est ab Epheso.

22. Et descendens Casaream, ascendit, et salutavit Ecclesiam, et descendit Antiochiam.

23. Et facta ibi aliquanto tempore profectus est,

naire de Pont, qui était nouvellement venu d'Italie avec Priscille sa femme, parce que Claude avait ordonné à tous les Juifs de sortir de Rome, il se joignit à eux.

5. Et parce que leur métier était de faire des tentes, et que c'était aussi le sien, il demeurait chez eux, et travaillait.

4. Et il prêchait dans la synagogue tous les jours de sabbat; et faisant entrer dans ses discours le nom du Seigneur Jésus, il s'efforçait de persuader les Juifs et les Grecs.

5. Or, quand Silas et Timothée furent venus de Macédoine, Paul s'employait à prêcher avec encore plus d'ardeur, en montrant aux Juifs que Jésus était le Christ.

6. Mais les Juifs le contredisant avec des paroles de blasphème, il secca ses habits, et leur dit: Que votre sang soit sur votre tête. Pour moi, j'en suis innocent? je m'en vais désormais vers les gentils.

7. Et sortant de là, il entra chez un nommé Tite Juste, qui craignait Dieu, et dont la maison tenait à la synagogue.

8. Cependant Crispe, chef de la synagogue, crut au Seigneur avec toute sa famille; et plusieurs autres des Corinthiens, ayant entendu Paul, crurent aussi, et furent baptisés.

9. Alors le Seigneur dit à Paul, en vision, durant la nuit: Ne craignez point, mais parlez sans vous taire;

10. Car je suis avec vous; et personne ne pourra vous maltraiter, parce que j'ai en cette ville un grand peuple.

11. Il demeura donc un an et demi à Corinthe, leur enseignant la parole de Dieu.

12. Or, Gallion étant proconsul d'Achaïe, les Juifs, d'un commun accord, s'élevèrent contre Paul, et le menèrent à son tribunal,

13. En disant: Celui-ci veut persuader aux hommes d'adorer Dieu d'une manière contraire à la loi.

14. Et comme Paul allait parler, Gallion dit aux Juifs: Ô Juifs, s'il s'agissait de quelque injustice ou de quelque mauvaise action, je me croirais obligé de vous entendre avec patience,

15. Mais s'il est question des mots, des noms et de votre loi, démelez vous-mêmes vos différends, car je ne veux point m'en rendre juge.

16. Il les fit retirer ainsi de son tribunal.

17. Et tous ayant saisi Sosthènes, chef de la synagogue, ils le battaient devant le tribunal, sans que Gallion s'en mit en peine.

18. Quand Paul eut encore demeuré là plusieurs jours, il prit congé des frères, et s'embarqua pour aller en Syrie avec Priscille et Aquila, s'étant fait auparavant couper les cheveux à Cenchrès, à cause d'un vœu qu'il avait fait.

19. Et il arriva à Ephèse, où il laissa Priscille et Aquila. Pour lui, étant entré dans la synagogue, il conféra avec les Juifs,

20. Qui le priaient de demeurer plus long-temps avec eux; mais il ne le voulut point.

21. Et il prit congé d'eux, en leur disant: Je ne viendrai vous voir, Dieu voulant. Et il partit d'Ephèse.

22. Etant abordé à Césarée, il alla à Jérusalem, et après y avoir salué l'Eglise, il alla à Antioche,

23. Où il passa quelque temps, et il en parut ensuite; et suivant l'ordre des lieux, il parcourut tout

perambulans ex ordine Galaticam regionem, et Phrygiam, confirmands omnes discipulos.

24. Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in Scripturis.

25. Hic erat doctus viam Domini, et fervens spiritu loquebatur, et docebat diligenter ea quæ sunt Jesu, sciens tantum baptismum Joannis.

26. Hic ergo cepit fideliter agere in synagoga. Quem cùm audissent Priscilla et Aquila, assumpserunt eum, et diligentius exposuerunt ei viam Domini.

27. Cùm autem vellet ire Achaïam, exhortati fratres, scriperunt discipulis, ut susciperent eum. Qui cùm venisset, contulit multum his qui crederant.

28. Vehementer enim Judæos revincebat publicè, ostendens per Scripturas, esse Christum Jesum.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — POST HEC EGRESSUS AB ATHENIS VENIT CORINTHUM; ET INVENIENS QUERDAM JUDÆUM NOMINE AQUILAM, ETC. De hoc Chrysost. Merito Corinthum à Spiritu ducitur, in quò manere oportebat. Athenienses enim quavis novæ doctrine amatores essent, attamen non attendebant. Neque enim hoc curabant, sed ut semper haberent novi aliquid, quod fabularentur, studebant. Ita Chrysost.

VERS. 2. — ET INVENIENS AQUILAM ET PRISCILLAM UXOREM EJUS (CÔ QUOD PRÆCEPISSET CLAUDIUS DISCEDERE OMNES JUDÆOS À ROMÂ), ACCEDIT AD EOS, ETC. Quo anno imperii Claudius hoc edictum promulgârît, dictum est supra, cap. 15, v. 2, quando diximus Petrum Româ potius, opportunè concilio Jerosolymitano interfuisse. Hereticus, ut persuadeat Petrum Romæ non fuisse, aut certè cathedram ibi annis viginti quinque non obtinuisse, objiciunt, scilicet non rectè nos dicere Petrum occasione hujus edicti Claudii interfuisse illi concilio Jerosolymitano. Nam, inquit, jam prius cap. 15, narratum est de illo concilio, hic verò de eodem cap. 18, post tam multa intermedia capitibus gesta, fit mentio hujus edicti Claudii. Ita illi. Sed quis non videt, verba illa, *cô quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos à Româ*, indicare rem pridem gestam, et tantum ex occasione referri? Itaque manent firma quæ capite illo 15, v. 2, diximus.

VERS. 5. — ET QUIA EJUSDEM ERAT ARTIS, MANEBAT APUD EOS, ET OPERABATUR (ERANT AUTEM SCENOFACTORIE ARTIS). Beda: Scenæ, vel scenomata umbraculis erant, quæ sagis, vel aliorum frondibus, vel virgulis

VERS. 2. — Ponticum genere. Ponticum, oriundum ex provinciâ Ponto. Non est hic Aquila Scripturæ ille interpretis, qui et ipse Pontus fuit, sed hoc nostro recitior, nam vivit sub Adriano Cesare.

VERS. 4. — Interponens nomen Domini Jesu, mentionem Christi Jesu inferens, et ejus divinitatem ostendens, etc.

Et Græcis, et gentilibus.

VERS. 5. — Testificans, ex Scripturæ testimoniis efficaciter ostendens Judæis Jesum esse Messiam.

VERS. 6. — Blasphemantibus, tum Christum, tum Paulum conviciantibus.

Excutens Paulus vestimenta sua. Isdem de causis quibus excussit pulverem pedum, c. 15, 51.

le pays de Galatie et de Phrygie, fortifiant tous les disciples.

24. En ce même temps; un Juit nommé Apollon, originaire d'Alexandrie; homme éloquent et fort habile dans les Ecritures, vint à Ephèse.

25. Il avait été instruit de la voie du Seigneur; ses paroles étaient animées de zèle; et il enseignait exactement ce qui concerne Jésus; quoiqu'il n'eût connaissance que du baptême de Jean.

26. Il commença donc à parler hardiment dans la synagogue. Et quand Priscille et Aquila l'eurent entendu, ils le retirèrent chez eux, et l'instruisirent plus amplement de la voie du Seigneur.

27. Et ayant voulu ensuite passer en Achaïe, les frères qui l'y avaient exhorté, écrivirent aux disciples de le recevoir. Et lorsqu'il y fut arrivé, il fut très-utile à ceux qui avaient embrassé la foi.

28. Car il convainquait fortement les Juifs en public, faisant voir, par les Ecritures, que Jésus était le Christ.

veteres componebant. Sic Beda. Et Chrysost.: *Et manebat apud illos*. Quare? ut colubaret, et operaretur, unde habere necessaria. Quoniam ille potissimum non oportebat accipere, ut (sicut ad Corinthios dicit) in quo gloriantur (pseudopostoli scilicet ejus semel) inveniantur sicut et nos. Ita Chrysost. Mystici de hoc scenofactorio Pauli opere Beda: Sicut, inquit, Petrus à fluctibus seculi per retia fidei, homines extraxit, sic Paulus umbracula protectionis erigendo, ab umbrâ criminis, ardore tentationis, et à ventis insidiarum verbo et opere defendit. Hæc Beda.

VERS. 5. — TESTIFICANS JUDÆIS ESSE CHRISTUM JESUM, ETC. Chrysost.: Vide quomodò, et operaretur, dicat, ab hoc tempore ad gentes ibo, neque sic tamen illos negligit, adeoque illud dixisse videtur illos excitandi gratiâ. *Et migrans inde, intravit in domum ejusdem, nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus conjuncta erat synagoga*. Nempè ut etiam sic, si vellet, ex vicinâ zelum haberent. Hæc Chrysost. De hoc Tito Ita Beda: *Titi Justi* aut proprium nomen vero fuit, aut merito justitiæ sic cognominatus est. Non tamen fuit hic Titus discipulus Pauli, cui epistolam scripsit, et Crete episcopum ordinavit, cum quo et Barnabas ascendit Jerosolymam. Ita Beda.

VERS. 9. — DIXIT AUTEM DOMINUS NOCTE PER VISIONEM PAULO: NOLI TIMERE, SED LOQUERE, ET NE TACEAS. PROPTER QUOD EGO SUM TECUM, ETC. De hoc Chrysost.: Vide quot rationibus illi persuadet, et quomodò id quod maxime placebat ei ultimo loco ponit, dicens: *Et nemo apponetur tibi ut noccat te; quoniam populus*

*Sanguis vester super caput vestrum, q. d., culpâ et vitio vestro peribitis, non meo.*

*Mundus ego, à vestro sanguine et exitio.*

*Ex hoc, ex hoc tempore.*

VERS. 7. — *Colentis Deum*, vel gentilibus, sed Deum verum colentis; vel proselyti.

VERS. 8. — *Archisynagogus, prefectus synagoga Judæorum Corinthi.*

*Credidit Domino*. Etiamque solum, cum Caio et Siophanâ Corinthi se suam manu baptizasse scribit Paulus, 1 ad Corinth. 1, 14.

*Audientes, Paulum.*

VERS. 9. — *Per visionem*, in somnis.

*Loquere, ne taceas*. Quasi dicat, loquere palam, *ii-*



est mihi multus in hac civitate. Hæc Chrysostomus.

VERS. 12. — GALLIONE AUTEM, etc. Pergit Chrysost.: Ad dices: Si nemo apponetur ut noceat, quoniam igitur simul aggressi sunt eum Judei? Profecto non prævaluerunt, sed ad proconsulem duntaxat adduxerunt. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judeos: Si quidem, etc., et minavit eos à tribunali. Justus iste homo mihi esse videtur, et manifestum est ex his quæ respondet. Cùm enim Paulus aperturus esset os suum, dixit Gallio ad Judeos: Si quidem esset injuria vel facinus malum, ô Judæi, merito sustinerem vos. Si autem questio est de sermone, et nominibus et lege vestrate, videritis ipsi. Judex enim hujus ego esse nolo, et abegit illos à tribunali. Ita Chrysost.

VERS. 17. — APPREHENDENTES AUTEM OMNES SOSTHE-  
NEM PRINCIPEM SYNAGOGÆ. Idem Chrysost.: De Crispo archisynagogo, qui supra, v. 8, creditur cum omni domo sua, scribit Apostolus ad Corinthios: *Neminem alii baptizavi, nisi Crispum et Caium*, etc. Opinor autem hunc etiam Sosthenem dici, qui in tantum fidelis fuerit, ut etiam percussus sit, et Paulo semper adfuerit. Et nihil horum Gallioni curæ erat. O confusionem quæ confusi sunt! Et nihil horum proconsuli curæ erat, scilicet quamvis et hoc in ipsis contumeliam fuerit. Et Judei quidem quasi inde potestate accepta, percutiunt, facientes per confusionem indiscreti furoris opus, ille autem Sosthenes non repererunt, quamvis et ipse potestatem haberet, sed docebantur fideles modeste et patienter vivere, et non repererunt, ut et Judex dicesit quis sit mansuetior. Et non parum hoc profuit presentibus. Hæc Chrysost.

VERS. 18. — PAULUS VERÔ CUM ADHUC SUSTINUISSET  
DIES MULTOS, NAVIGAVIT IN SYRIAM (ET CUM EO PRISCILLA  
ET AQUILA) QUI SIBI TOTONDERAT IN CENCHRIS CAPUT, etc.  
Pridem quidam libri legebant pluraliter, qui sibi to-

beret, intrepide et magno animo.

VERS. 10. — Nemo apponetur tibi. Græcum activè verti potest, nemo imponet, vel injiciet tibi, scilicet manus; nemo adoriatur, vel invadit te.

Quoniam populus mihi multus est; quasi dicat: Multi Corinthii tuâ predicacione convertentur, sicutque meus populus, et mea Ecclesiâ.

VERS. 11. — Sedit, commemoratus est.  
VERS. 12. — Gallione proconsule. L. Junius Gallio proconsul Achaie, fuit frater germanus Lucii Annæi Senecæ præceptoris Neronis, ut testatur ipse Seneca, in præfatione lib. 4. Quæst. natur.

VERS. 15. — Contra legem, tum Judæorum, quæ colit unum solum Deum incorporeum; tum Romanorum, quæ vetat sine senatusconsulto novos deos inducere. Colere Deum, Christum, quem Deum esse prædicat.  
VERS. 14. — Aperire os, ut sui rationem redderet proconsuli.

Si quidem esset iniquum aliquid; quasi dicat: Si Paulo obijceretur crimen aliquod, verbi gratia furti, homicidii, seditionis, etc.  
Rectè vos sustinerem, ut par est, vos audirem patienter, et vobis jus dicerem.

## CAPUT XIX.

4. Factum est autem, cùm Apollo esset Corinthi, ut Paulus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, et inveniret quosdam discipulos:

tonderant caput. Sed Sixtina legit singulariter; et includunt verba illa quæ obscuritatem pariebant, et cum eo Priscilla et Aquila, parenthesi. De quo etiam Beda: Quidam, inquit, codices habent: *Totonderant caput*. Priscilla scilicet et Aquila, sed Augustinus et Hieronymus singulari numero de Paulo interpretantur. Hieronymus sic ponit: Navigabat Syriam, et cum eo Priscilla et Aquila; et totondit caput in Cenchrus, votum enim habebat. Hæc Beda. Et idem, ante jam dicta verba, de nomine Cenchrus et voto Pauli: Cenchrus, inquit, portus est Corinthi, ubi navem ascensurus, caput ex voto totondit juxta ritum Nazæorum (de quo Num. 6). Hoc autem fecit, non oblitus quod de abolitione legis cum aliis apostolis staturat Jerosolymis, sed ne scandalizaret credentes ex Judæis, assimilavit se Judæis, ut Judæos lucrifaceret. Ita Beda. Vide etiam infra, c. 21, v. 24.

VERS. 24. — JUDEUS AUTEM QUIDAM, APOLLO NOMINE,  
ALEXANDRINUS GENERE, VIR ELOQUENS. De hoc ista Chrysost.: Hoc esse mihi verum videtur, quia et baptizari illum oportebat; quoniam duodecim illi si post baptismum Joannis iterum baptizabatur, oportebat etiam discipulos hoc facere. Et hoc est quod Priscilla et Aquila assumpserunt eum, et diligentius ei exposuerunt viam Domini. Sequitur: *Cùm autem vellet ire Achaïam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cùm venissent, contulit multum his qui crederant*. Pergit Chrysostomus. Igitur volebat ille in Achaïam venire, antea autem quam exhortati sunt fratres, et litteras dant ei, non recedit. Qui ut venit, contulit multum his qui crederunt. Hæc Chrysost. Et Beda, ad illa verba, *contulit multum*: Alia, inquit, translatio habet, *profuit multum credentibus per gratiam*. Atque hoc est quod iisdem Achaïcis Apostolus scribit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit*. Hæc Beda.

VERS. 15. — Quæstiones de verbo et nominibus. Paulus assererat Jesum esse Christum et Messiam, et ita appellandum; negabant Judæi: hinc orta Gallioni opinio quæstionem et altercationem esse inutilem, et ad se non pertinentem, quippe de nominibus, et vocibus et subtilitatibus quibusdam Judæicæ legis.

VERS. 16. — Minavit eos à tribunali, reperit, amandavit.  
VERS. 17. — Percutiebant. Gentiles percutiebant Sosthenem, vel ut eum à tribunali cum suis loquerent, ut aliqui putant, vel ut aliis placet, illum Judæorum investigatione verberabant, quod in Paulum propensus, Judæorum causam frigidius egisset coram proconsule, aut etiam apertè favisset; erat enim jam animo christianus.

Sosthenem, qui Crispo ad Christum converso, supra, n. 8, in principatu et primatu synagoge successerat. S. Sosthenis memoria in romano Martyrologio celebratur, die 28 novembris.

Et nihil eorum Gallioni curæ erat, quòd nimirum Judæos et eorum rixas nihil faceret.

VERS. 18. — Sustinuisset, commemoratus esset. *Navigavit in Syriam*, Syriam versus; tunc enim Ephesum venit, quæ est in Asiâ.

## CHAPITRE XIX.

4. Pendant qu'Apollon étoit à Corinthé, Paul ayant traversé les hautes provinces vint à Ephèse, où ayant trouvé quelques disciples, il leur dit:

2. Dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus.

5. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptisate.

4. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum.

5. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu.  
6. Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos; et loquebantur linguis, et prophetabant.

7. Erant autem omnes viri ferè duodecim.

8. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei.

9. Cùm autem quidam indurarentur, et non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discendens ab eis segregavit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cujusdam.

10. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asiâ, audirent verbum Domini, Judæi quæ gentiles.

11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:

12. Ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, et semicinctia; et recedebat ab eis languore, et spiritus nequam egrediebatur.

13. Tentaverunt autem quidam, et de circumventibus Judæis exorcistis, invocare super eos qui habebant spiritus malos nomine Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum quem Paulus prædicat.

14. Erant autem quidam Judæi Scævæ principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.

15. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis: Jesum novi, et Paulum scio: vos autem, qui estis?

16. Et insiliens in eos homo in quo erat demonium pessimum, et dominatus amhorum, invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa.

17. Hoc autem notum factum est omnibus Judæis atque gentilibus qui habitabant Ephesi; et cecidit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen Domini Jesu.

18. Multique credentium veniebant, confitentis et annuntians actus suos.

19. Multi autem ex eis qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus; et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denarium quinquaginta millium.

20. Ita fortiter crescebat verbum Dei, et confirmabatur.

21. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transit à Macèdoniâ et Achaïâ, ire Jerosolymam, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me et Romam videre.

22. Mittens autem in Macèdoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asiâ.

2. Avez-vous reçu le Saint-Esprit, depuis que vous avez embrassé la foi? Ils lui répondirent: Nous n'avons pas seulement entendu dire qu'il y ait un Saint-Esprit.

5. Il leur dit: Quel baptême avez-vous donc reçu? Ils lui répondirent: Le baptême de Jean.

4. Alors Paul leur dit: Jean a baptisé du baptême de la pénitence, disant aux peuples qu'ils devaient croire en celui qui venait après lui, c'est-à-dire, en Jésus.

5. Ce qu'ayant entendu, ils furent baptisés au nom du Seigneur Jésus.

6. Et après que Paul leur eut imposé les mains, le Saint-Esprit descendit sur eux; ils parlaient diverses langues, et ils prophétisaient.

7. Or ils étaient en tout environ douze.

8. Paul entra ensuite dans la synagogue, où il parla avec confiance pendant trois mois, conférant avec les Juifs, et s'efforçant de leur persuader ce qui regarde le royaume de Dieu.

9. Mais comme quelques-uns s'endurcissaient et demeuraient dans l'incrédulité, devant tout le peuple, la voie du Seigneur, il se retira, et il sépara ses disciples d'avec eux; et il enseignait tous les jours dans l'école d'un nommé Tyrann.

10. Ce qu'il continua durant deux ans; de sorte que tous ceux qui demeuraient en Asie, tant Juifs que gentils, entendirent la parole du Seigneur.

11. Et Dieu faisait des miracles extraordinaires par les mains de Paul;

12. Inspec-tu même que, lorsque les mouchoirs et les tabliers qui avaient touché son corps étaient appliqués aux malades, ils étaient guéris de leurs maladies, et les esprits malins les quittaient.

13. Or quelques-uns des exorcistes juifs qui allaient de ville en ville, entreprirent d'invoquer le nom du Seigneur Jésus sur ceux qui étaient possédés des esprits malins, en leur disant: Nous vous conjurons par Jésus que Paul prêche.

14. Ceux qui faisaient cela, étaient sept fils d'un Juif, prince des prêtres, nommé Scævâ.

15. Mais l'esprit malin leur répondit: Je connais Jésus, et je sais qui est Paul; mais vous, qui êtes-vous?

16. Aussitôt l'homme qui était possédé d'un démon furieux, se jeta sur eux, et, s'étant rendu maître de deux d'entre eux, il les traita si mal, qu'ils furent contraints de s'enfuir de cette maison, nus et blessés.

17. Cet événement ayant été su de tous les Juifs et de tous les gentils qui demeuraient à Ephèse, ils furent tous saisis de crainte; et le nom du Seigneur Jésus fut glorifié.

18. Plusieurs même de ceux qui avaient cru venaient confesser et déclarer ce qu'ils avaient fait.

19. Il y en eut aussi beaucoup de ceux qui avaient exercé les arts curieux, qui apportèrent leurs livres, et les brûlèrent devant tout le monde; et quand on en eut supprimé le prix, on trouva qu'il se montoit à cinquante mille pièces d'argent.

20. Ainsi la parole de Dieu se répandait de plus en plus, et se fortifiait puissamment.

21. Après cela, Paul se proposa, par l'instinct du Saint-Esprit, de passer par la Macèdoine et par l'Achaïe, et d'aller à Jérusalem, et il disait: Quand j'aurai été là, il faut que je voie aussi Rome.

22. Et ayant envoyé en Macèdoine deux de ceux qui le servaient dans son ministère, Timothée et Eraste, il demeura encore quelque temps en Asie.